

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Manuscripta Rhenaugiensa - Cod. St. Blasien 33 bis 37**

[Pars II] - St. Blasien 34

**Hohenbaum van der Meer, Moritz**

**[Südschwarzwald, St. Blasien], [1769/1770]**

Dissertatio De Infelici Naufragio Hartmanni Habsburgici, Rudolphi I.  
Imperatoris Filii

[urn:nbn:de:bsz:31-46477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46477)

Dissertatio  
de Infelici Naufragio  
Hartmanni Halbpurgici  
Rudolphi I. Imperatoris Filij.

Licet de re ipsa conveniant omnes, Hartmannum nempe Aleno fuisse haustum, in circumstantiis tamen temporis ac loci, magna est inter historicos discrepantia. Per multi assignant annum 1280. alij 1281. rursus alij 1282. aut omnino posteriorem. Locum pariter nonnulli Rhenonium oppidulum haut procul Argentina statuunt, alii confluentiam, vulgo Koblentz, vicum inter waldidatum et clingnoviam situm, alij denique Rhenangiam ex Monasterio Benediktino notam.

Clarissimus Hergottus monumentis suis Austriacis quoad annum claram nobis attulit lucem, statnendum nempe esse octogessimum primum supra millesimum ducentesimum, scum eodys Hartmannus in chartis Sapius, post hac vero nusquam comparcat, etiam in illis, in quibus necessario videbatur inserendus. Et enim anno 1277. anacum fratre Alberto consensit in donationem a Matre Anna factam Monasterio prope Diöpsenhoven triginta marcharum argenti. Anno 1280. uterq; subscriptus litteris, fundationis a Patre Rudolpho peracta pro Monasterio Julic-nensi Venna Austria. Anno 1281. die 12. Februarij similiter cum fratre Alberto confirmavit usum fructum quorundam bonorum itidem ab Anna Matre Monasterio Wottingensi concessum. Denique eodem anno 1281. die 22. Septembris Hartmannus solus ratam habuit emptionem quandam factam a Monasterio Jöfö. Data est hac charta winterturn precedentes datum exhibeant Venna, ex quo colligitur, Hartmannum intra id tempus Vienna Helvetiam potuisse, unde ad finem eiusdem anni secundo Rheno, sed in fausto eventu, Alsatiam petiturus erat. At vero subsequenti anno 1282. jam Mense Ianuario die nimirum 29. omittitur. Hartmannus in procepto Rudolphi Regis, quo iubet, ut subditi Ducatus Austria et Stiria plenam fidelitatem et subiectionem praestent Trilivis suis Alberto et Rudolpho. Ex quibus quoq; prudenter arguit Hergottus, Hartmannum fuisse filium Rudolphi secundo natum, cum in chartis precedentibus Rudolphus nunquam reperiat, expressus, haud dubio propter aetatis defectum, quo publicis nondum reddebatur idoneus. Colligit etiam in nobis ad chartam DCI. Hartmannum.

Gener. Dipl. vol. III. charta DCXVIII.

Monum. Aust. to. I. pag. 214.

Gener. dipl. vol. III. charta DCXVI. ibid. chart. DCI.

Monum. Aust. to. I. pag. 218.

Monum. Aust. to. I. gener. to. I. pag. 204.



Istud editum exhibetur: in eo autem nec II. Kal. Jun. nec II Kal.  
Jan. ulla mentio Hartmanni, sed mense decembri hæc loquuntur:  
XII. Kal. ante Domini 1291. Dominus Hartmannus comes de Habspurg  
in Rheno submersus. Ex quibus iam constat, in die emortuali  
hallucinatos fuisse viros doctos, cum aliis dies ultima Maij con-  
nere haud possit cum charta data ab Hartmanno die 20. Septembris:  
dies quoque ultima eiusdem anni haud verisimilis appareat, cum  
eadem corpus dicatur Basilea solemniter conditum, constat in-  
super, ex isto Aërologio nullum pro hac opinione, sicut nec pro  
alia, quoad locum subititum haberi posse. Et enim R. P. Basilius  
Germanus Subprior noster, Sacerdos manuscriptorum investigator,  
hunc ferme in finem Wettiniam nuper ablegatus, reperit Aëro-  
logium autographum cum edito Tergotiano adamusim con-  
nere, nihilque continere, quod secundum Codicem Basileensem  
eidem imponitur.

Non desunt tamen Scriptores, qui eandem opinionem tenuerunt,  
aut fortasse auctores eiusdem fuerunt. Thomas Eckendorffius de Hasel-  
bach, quem nominat clarissimus P. Rustenus in Chronico Austriaco  
edito ab Hieronymo Bedio inter Scriptores rerum Austriacarum,  
revertens, naufragium Hartmanni contigisse confluentiarum Secundo  
genitus, inquit Rudolphi Regis Romanorum, fuit Hartmannus,  
qui navigando Rhenum in quodam litore, Khoboltz nomine, versa  
navi suffocatus in aquis, et in Basilea in maiori Ecclesia cum Do-  
mina Anna Regina Matre sua in choro sepelitur. Ex quibus  
ultimis verbis apparet, rem Haselbachio non fuisse penitus com-  
pertam; nam qui cum Anna Matre Basilea sepultus est, non est  
Hartmannus, sed parvulus puerus, quem Carolum vocant, monu-  
mento ad Latus Matris invocatus, ut ipsomet vidi. Aliud testi-  
monium pro hac sententia desumi potest, ex chronico germanico,  
cuius auctor an Mathaus quidam fuerit, an Gregorius Hagenus idem  
Bedius dubitat, ubi sequentia leguntur: Derselb Graf Rudolff von  
Habspurg, nam ein frauen von dem geschlecht der grafen von  
Hochenberg, die was genant frau Anna durchlewtig und ein my-  
merin aller dugent. die gobar ym Trey Sün, und hernach sechs  
Dolbter. der erst Sun war Rudolff genent, der ain betgenossen  
nam von dem geschlecht des chunigs von Bohem, und gebar  
durch sye Johannem ainen Herzogen, der hernach seinen vatter  
albrecht hat getötet. darnach ward Rudolffen ain Sun geboren  
Hartmannus genent, der ertreckt in des Reins flüt, in ainem  
Surt, der do Khoboltz ist genent, et darnach ward ym der dritte  
Sun geboren.

to. II. pag. 741.

to. I. col. 1084.

Sunt geboren, genen net Albertus etc. ordo iste inter Filios Rudolphi Caesaris à Genealogia Diplomatica alienus est. Caterum auctores isti Austriaci in Austria scribentes, locorum nostrorum ignavi facile errare poterant: et forte opinio ista ex eo adscita, quod locus confluentiarum diceretur navigantibus periculosus.

Verum his duobus auctoribus multo plures opponimus, qui rem hanc Rhenaugiam contigisse affirmant. Inter quos antiquissimi annales Domini-

20. 11. pag. 18. canorum Colmarienses apud Wrotisium inter historicos Germaniae sequentia habentis Anno MCLXXXII. Filius Rudolphi Regis Landgravius Alsatia submersus fuit in Rheno prope Rhinaugiam, et sepultus in Basilea à quatuor Episcopis et hominibus multis cum humana gloria copiosa. Anno 1282. facile subreperere poterat, cum factum ipsum ad finem praecedentis contigisset.

Secundum testimonium deducitur ex chronico Alberti Argentinensis

20. 11. pag. 105. his apud eundem Wrotisium: Rex autem Rudolphus cum Anna de Hochenberg, sorore Alberti de Hochenberg, habuit tres filios, inter alios Rudolphum, Albertum, et Hartmannum, qui Hartmannus apud Regnow in Rheno perit, et cum Matre et parvulo fratre Carolo in choro Basileensis Ecclesiae est sepultus. quod ita intelligendum, ut antea iam Mater cum parvulo filio ibi sepultura tradita fuerit.

Chronicon Colmariense tradit, Matre ante Filium anno 1281. sepultam fuisse apud Wrotisium fo. 11.

Tertius testis est Vitus Arenbeckius Scriptor mediæ Saeculi

20. 11. col. 1229. decimi quinti, qui in chronico suo Austriaco apud Hieronymum Poëtiū hae scribit: Sane Rudolphus Rex tres filios habuit: Albertum, de quo infra Rudolphum, et Hartmannum Comitem Habsburgi, qui cum aliis XIV. apud Reinau in Rheno submersus est anno christi 1280. Erat tam en in anno, sicut et in numero submersorum, qui Communiter tantum id. numerantur.

Quartus est Wrotisius in annalibus Basileensibus, qui pariter

129. pag. 109. ad annum 1280. sic loquitur; also er. Hartmann, aber bey Rheinow in nderen turgow uber das wasser faren wolte, gieng das schiff von grundeis verdeckt zu boden, ertranck also mit id. adelspersonen an. Thom adabend, im 18. Jar. Seines alters, ward zu Basel in der tumb kirch, den letstentag christ monats auf der rechten seiten des chers begraben. ... von Landgraf Hartmans grab ist dicer zeit nichts mehr ubrig, villeicht weil es hernach im großem erdbem verfallen, aber der Königin grab stohet nach dis er gestalt zu sehen.

Quintum testem producimus Gerardum de Roso Ferdinandi Archiducis Bibliothecarium, qui in annalibus suis Austriacis si-

129. pag. 33. milia scribit: Hartman sein son. Rudolphi Regis kurtlicher art woete.

art woete zu  
im wasser faren  
schiff unter, art  
Sein son den 18  
ex quo sequenti  
clausi, wunde das  
und abet mit n  
Sein son den 18  
clausi, in choro  
in lei chom wura  
im 18. Decemb.  
ertranck mit  
Hartmanni Co  
andita fuerunt, qu  
factum nisi et ibi  
plius viscera defu  
Habsburgia wettin  
in proprio eorum  
in loco wettin  
dem eorum avros  
Habsburgia domi  
inoceratum fuit  
in fere videtur  
in dno veteris Ec  
Lena V. ita docere  
inferiorem pontem  
Imperatoris fili  
ante gradam altar  
Hartman jacet cippu  
corpus vero Basile  
Reverendissimi

art wolte zu seinem Vatter nach oppenheim ziehen, und als er  
im nderen turgaw zu Rheinaw über den Rhein fuhr, gieng das  
Schiff unter, ort ranck sambt 10. anderen edlen Knaben.

Sext us deniqs testis sit Suggorus in vulgata historia Austriaca,  
ex quo sequentiā damus: wie erl. Hartmann, den Rhein herab  
fuhr, wurde das Schiff bey Rheinaw vom grund eis überstürzt,  
und also er mit noch 10. Jungen von adel elendicklich erträn-  
ket. dis geschach am Thomasabend den 20. Decemb. in 18. Jahr  
seines alters, da ihme albereit ein Königliches Fräulein König  
Eduardi, in Engeland Tochter, zur gemahlin versprochen war.  
der Leichnam wurde nach Basel gefuhrt, und daselbst im Munster  
den 21. Decemb. begraben. His addi possent et alij minoris nota  
auctores, ut Hafner us pag. 218. Bernmeister pag 700. 7. Fed allegati  
sufficiant ad allevanda testimonia pro contraria opinione supra  
posita.

Verum huic sententia posteriori pondus immensum, et in eiusmodi  
rebus pravae, superaddit monumentum in Ecclesia antiqua Marij  
nostri usq ad initium huius saeculi conservatum, in quo viscera eius-  
dem Hartmanni comitis Habsburgici statim post eius submercionem  
condita fuerunt, quid verò sibi persuadeat, id Rhenaugia fuisse  
factum, nisi et ibidem infortunium illud accidisset? quare non  
potius viscera defuncti in comuni Habsburgicorum sepultura in  
Monasterio wellingensi condita fuerunt? cur nullum monumentum  
in proprio eorum sacello ibidem erectum, si Hartmannus confluen-  
tia, in loco wellinga haud procul distantes, interit? certe corpus  
eum erum a verso flumine non ascendit, cur ergo non in subiectis  
Habsburgico dominio locis waldis huta, Lausenburgi, Brugga  
evisceratum fuit? quare Rhenaugiam tam longo itinere Sur-  
sum suere videra transportata? Porro Monumentum illud  
in Idra veteris Ecclesiae nostrae, quo anno 1705. destructa fuit,  
Littera V. ita describitur: Anno 1282. in vigilia S. Thomae apud  
inferiorem pontem Rheni submersus est Hartmannus Rudolphi  
I. Imperatoris filius cum tredecim Nobilibus, cuius viscera hic  
ante gradum altaris S. Blasij sepulta sunt, super quam sepul-  
turam jacet cippus Leone Habsburgicorum insignis insignitus.  
corpus verò Basilea in cathedrali Ecclesia humatum.

Reverendissimus Abbas Geroldus II. in nova Ecclesia monu-  
-mentum.

pag. 109.

+ Latius de Migrat. gent.  
pag. 492. Hermannus Junius  
filius Rudolphi cesaris,  
patri ab Alberto Rege sub-  
-stituitur: obiit submersus  
in Rheno prope Rhynaw  
canobium, et Schaffhusium  
-civitatem.

mentum hoc, ceteris, uno Fundatorum nostrorum excepto,  
Suppresis, renovavit, imoto tam en Sepulchro; quod iam deve-  
nit ad latus altaris B. V. Mariae. consulit tunc Illustrissimum  
comitem de Trautmandorf oratorem Caesarem ad Helvetios,  
an novo Monumento insignia domus Austriacae, an vero sola  
Habsburgica praefigenda essent, qui prudentissime pro poste-  
rioribus pronuntiavit, ut patet ex litteris in archivis nostro  
extantibus. Inscriptio vero Sepulchralis sequens parieti apposta  
est.

Hartmanno

Serenissimo Principi Austriaco, comiti Habsburgico,  
Landgravio Alsaticae, Rudolphi primi Augusti Imperatoris  
Filio natu minimo  
quum

Devastatis praedonum arcibus  
optata quiete  
totagauderet Germania  
Die XX. Decemb. anno MDCXXX.

Cum is Nobilibus hic ad inferiorem Rheni partem Infelici  
naufragio submerso;  
cuius viscera  
corpore Basileam devoto.

Hic loci in veteri iam destructa, Ecclesia ante annos  
CCCCXXX.  
Suaere condita;

Hoc primum aeterna memoria monumentum  
Statuit  
Geroldus II. Abbas Rhenoviensis,  
cuius opera et labore  
Nova haec Splendidior Basilica  
Constructa fuit, et consecrata  
Anno MDCX.

Menda quaedam

Menda quaedam in hoc Epitaphio errepserunt, qua emendari cuperem. Imprimis Hartmannus dicitur Princeps Austriacus, cum tamen certum sit, cum nec Principem Austria fuisse, nec tali titulo unquam usum. In ultima namque charta ab eo data die 28. Septembris anni 1251. sibi ipsi sequentem adiecit titulum: Hartmannus comes de Habspurgiensis et de Kyburg, Alsatia Landgravius, serenissimi Romanorum Regis filius. Eodem tempore administrator quidem Austria eius frater Albertus erat, secundum vero Imperiale eius Ducatus sequenti primam anno in comitiis unacum fratre altero Rudolpho obtinuit. Secundo dicitur Rudolphi filius natus minimus, quod licet non omni testimonio careat, credibilius tamen est, fuisse secundogenitum, cum Rudolphus, quem multi primogenitum putant, primum in litteris posterioribus compareat. Denique Carolus parvulus, unacum Matre Anna Basilea sepultus, utique natus minimus fuit. Tertia sit mentio de destructis praedonum arcibus, quod quae ratione Rhenaugiam attingat, clarius explicandum. Scribit nempe Stumpfius, inter has arces praecipua consideratione dignam fuisse Krenkingen in Oeggovia, Monasterio nostro int ex historia constat infensissimam: hanc igitur tribus mensibus obsesam, in maximum Monasterium comedum, penitus exussit, licet postliminio restaurata fuerit. Quarto assignatur huic naufragio dies vigesima Decembris et annus octogesimus post Millesimum ducentosimum. Dies quidem ex posteriorum auctorum sententia videtur factis placidius consentaneus, qui enim ex Codice Basiliensi afferuntur, convenire non possunt. Ad collegium wettingense statuit diem sequentem vigesimam primam Decembris, XII. Kal. Jan. verum facile contingere potuit, ut obitus inseriberetur die, quae wettingam perlatum fuit, quod et alibi in Aetereologis accidisse animadverti. Annum quod attinet, constat ex Diplomatiibus, substituendum esse sequentem, quibus proinde etiam plurimum scriptorum auctoritas cadere debet. Denique in hac inscriptione omittuntur quaedam praerogativa huius Principis, ex quibus tamen praecipuis dignosci atque estimari potest. Docet enim clarissimus Hergottus ex epistolis apud Rymorum, Hartmannum iam desponsatum fuisse Joannae Eduardi I. Regis Angliae filiae, atque sponsalia Vienna anno 1278. promulgata. Eduardum vero a Rudolpho cavere potuisse, ut accepta Corona Romana, Hartmannum solgi procuraret, quod et id in se recepit, mox vero mutato consilio, se defecturum perscripsit, ut filius Rex Arrelatensis crearetur. Addit Hergottus, dilatasse nuptias obtinendam Joannae aetatem, quam Pater Angliae dimittere adhucdum nollet, sed potius Hermannum cuperet venire in Angliam, et forte hanc ipsam occasionem

Geneal. Dipl. vol. III. charta DCI.

Monum. Aust. to. III. parte I. pag. 21.

1177 Regem Romanorum



occasionem fuisse, ut Rheno declivo mergeretur: licet alij ver-  
lunt, in Alsatiam proficiscentem, ad Patrem opper hainij  
invidendum, morte fuisse interceptum.

Hic itaq; ex rationibus cuperem, Epitaphium Monumenti  
Hartmannici in Ecclesia nostra hoc aut meliori modo resor-  
mari.

Hartmanno

Comiti de Habsburg et de Kyburg,

Alsatiæ Landgraviæ,

Rudolphi primi Augusti Imperatoris

Filio charissimo

In spem Regni et Imperij nato,

jmo destinato,

Joanna Eduardi I. Angliæ Regis Filio

Sponso lectissimo

Quam

Devastata Xrenelingen, Rhenaugia infesta,

alijq; prædonum arcibus

optata quiete tota gauderet Germania,

Die XX. Decemb. anno MDCXXXI.

cum XIII. Nobilibus,

Hic ad inferiorem pontem Rheni

Infelici Naufragio submerso,

Hoc æterna memoria Monumentum,

Sic recondens viscera,

(corpore Basileæ sepulto.)

Restauravit

Rinus Perillis et Ampinus D. Januarius

Huius Monasterij Abbas

Anno MDCCLXX.